

1016, diciembre, 18.

Teodegonza, llamada Gonzina, dona a la Catedral de Lugo su parte de la villa de Manilani.

Facta series testamenti die XV^o kalendas ianuaris era L^a IIII^a post millesima.

Adefonsus notuit.

A. AHN., Sección Clero, Lugo, Catedral, carp. 1325A, nº 20. Pergamino original de 230 x 565 mm. aproximadamente. Escritura visigótica cursiva. Buen estado de conservación.

[*Christus*] DOMNE SANCTE ET GLORIOSE POST DEUM PATRONA NOBIS FORTISSIMA VIRGO ET GENETRICIS DOMINI SANCTE MARIE REGINE CELESTIS CUIUS EGLESIE SITA ESSE DIGNOSCITUR LUCENSE SEDIS TERRITORIO GALLECIE. Ego quidem exigua hac pussilla Teodegonza cognomento Gonzina notum facio ore prolato et ueritatis indagine repleto subdita fidei exuberantibus et credentibus huius munimine trinitatis uerum etiam et omni spiritu feruente et ueritati auctorem existentem et fabentem qui hecque narrare et decernere ambit mens propria aurem cordis uibam ad tonitam que ad ponant et que scripta nouerint in hac pagina testamenti mente retineant animo fixo uindicare uel firmare contendant. Sane liquide omnibus notum manet eo quod ganauit ego Gonzina cum uiro meo Suario Gundemariz uilla quod nuncupant Manilani et adquisimus ea expleue et homines sancte Marie lucense sedis et tenuimus ea in nostro iure usque inspirauit dominus in cordibus nostris et direximus pro pontifex dominus Pelagius aepiscopus qui presulatum tenebat in ipsam sedem et decernimus cum eo ut in quo uiben fuis remus tenuis remus ea iuri nostro et post obitum uestro nostrum relinquis semus ea pro animabus nostris ipsius sancte eglesie stantes super hanc nostre deuotionis uenit mors ad ipso uiro meo comite domino Suario post uero eius obitum surrexerunt gen sua et prendiderunt eius ereditatem et diuiserunt mecum ea et uenit mici de ipsa uilla de Manilani medietate et obtinui ea iuri quieto usque obitum meum dum ad propinquante die mortis mee ordinaui sicut et prius cum uiro meo elgeram et concedo et confirmo medietate integra de ipsa uilla cum suas adiacentias et sexta in ipso cannale quod nobis euenit inpartione sic eam concedo ipsius eglesie sancte pro anime mee remedium propter abolendarum maiorum meorum piacula hac bone retributionis mercede et propter luminaria sacrorum altariorum uestrorum et uictum adque tolerationem eorum in loco unanimiter sub tuo sancto timore domine mee consistentibus et propter egenorum hac pauperum superuenientium ut nullus homo cupiditatis ardore succensus ipsa uilla ex prefato loco nicil alienare presummat set qui ibidem esse humiliter perseuerantes fuerint in uita sancta iuri ficent hac defe[*mancha*] iuri per enni. Ita ut deinceps et ab odierno die sit ipsa uilla ex nostro iure abrasa et ab ipsa eglesia deseruiat et perpetualiter ibidem maneat stabilita adque concessa per secula cuncta qui uero hunc factum nostrum confirmauerint in cunctis fulgeat ante Deum. Qui uero qualiuet homo aut regia potestas aut commites duces aut alius homo potentior qui hanc scripturam testamenti infringere temptauerit uel temptare conauerit inprimis a fronte ambous careat lucernis et non uideat ortum sugentis aurore et fiat sicut lignum non faciens fructum retro gradiar retro que conterat et continuo auferat dominus animam suam ab eum et ab

omnem catholicorum ic presenti uibens sit excommunicatus et anathematus absdat et pro damna temporalia pariet ipsam uillam post partem ipsius sedis duplatam uel triblatam et post partem regis auri libras hinas uel ternas exsoluat.

Facta series testamenti die XV^o kalendas ianuaris era L^a IIII^a post millesima.

Teodegonza cognomento Gonzina in hanc scriptura testamenti quem fieri uolui et Deo iubante imple[*mancha*] manu mea cf. [*signum*].

[1^a col. con *Christus marginal*] Sub Dei nutu Vistrarius Yriense et catedre apostolice sedis aepiscopus cf. [*signo*].- Ariani abba desiterio ante altares ubi presens fui, cf.- Viliatus abba de monasterio sancti Martini ubi presens fui, cf.

[2^a col. con *Christus marginal*] Tardenatus Fulgenti ubi presens fui, cf. [*signum*].- Gundiuido Gondulfiz [*signum*] cf.- Rudericus Froisendiz, cf.- Gondulfus presbiter.- Teodericus diaconus.- Teoderedus presbiter.

[3^a col con *Christus marginal*] Lelligus presbiter.- Gundesindo, ts.- Tresulfo, ts.- Vimaredo, ts.- Amico, ts.- Froila, ts.

Adefonsus notuit [*signum*].